VI. Obſervatio de fœmina, quæ, non obſtante vaginæ uteri coaleſcentiâ, infantem peperit.

AD fœminam ruri habitantem in puerperio enitentem, ante aliquot ſeptimanas accercitus eram, quæ parturientis doloribus per biduum laboraverat, abſque ullo tamen Effectu nam ne guttula quidem ſanguinis aut aquæ adhuc efluxerat, vetula obſtetrix quæ prius aderat mihi venienti retulit, ſe nunquam quampiam Viſitaſſe, cujus Uterus tam clauſus erat, quod cum exploraveram ita ſe habere ſenſi, nam Vagina Uteri (paulo ſupra ductum Urinæ) firmiter coaluerat & latera ejus tam arcte unita erant, ac ſi ſemper Unica eſſent membrana, nam ſpecillo non daretur tranſitus verſus Uterum (niſi membrana prius perforata) ab ejus marito interrogabam quam diu Vulva tam clauſa eſſet, reſpondit per quinquennium, viz. a tempore prioris puerperii, quo in difficili partu huic obſtetricaveram; quod coaleſcentia tam arcta erat non tactu ſolum, ſed viſu deprehendi: rebus ſic habentibus, puerperii ejus ſpem penitus abjeci, fefellit me tamen conjectura, nam poſt integram fere diem, multos ſorteſq; Enixos, una cum auxilio manus obſtetricis aliquantulum aperta (& ni fallor lacerata) erat membrana, adeo ut digito minori daretur ingreſſus: hanc apertionem (ut ad partum conduceret) per ſpeculum matricis dilatare viſum eſt, hoc facto magna hemorrhagia ſtatim ſequebatur, unde infœlix fœmina ita debilitata erat, ut ſex vel ſeptem horis a partu infantis mortuæ expiravit.

In animo etiam, atque etiam volutanti, quomodo fieri poſſet ut in utero conciperet hæc mulier, ad quem membrum Semenve Virile nunquam accederat, mihi in mentem venit opinio doctiſſimi Harvæi noſtri in libro de generatione divulgata (cui ob hanc demonſtrationem aſſentire cogor)

viz.

viz. quod fœtus non formatur ex ſemine maſculino in uterum ejecto, ſed tota maſſa Sanguinis (quaſi per contagium) vim plaſticum à Semine virili accipiens ovis uterinis communicat, unde fiunt fertilia, & eo magis cum illo ſentio, quoniam ſcio hanc fœminam Infantulum vehementur appetiiſſe, unde procul dubio eo majori deſiderio cum virorem habuit, & maxime probabile videtur quod inflatis mulieribus inſtante coitus Spiritus eo tunc temporis affatim affluentes effluvia aliquot a ſemine virili attraxerunt, Sanguiniſq; maſſæ & deinceps ovis Uterinis Fœcunditatem communicarunt.

Nota quod non obſtante hac clauſura frequenter per menſes purgata erat antequam utero concepit.

VII. *Account of Books.* 1. Numiſmata, *a Diſcourſe of* Medals, *Ancient and Modern; together with ſome Account of Heads and Effigies of illuſtrious and famous Perſons, in Sculps,* &c. *To which is added, a Digreſſion concerning Phyſiognomy. By* J. Evelin, *Eſq; S. R. S.* Printed for *Benj. Took,* &c. 1697. *in Fol.*

THE Ingenious Author of this Treatiſe, who has ſo often obliged the World with many uſeful Pieces, cultivating and advancing as well Natural Philoſophy as other Parts of Learning and Arts, has in this Diſcourſe given a Learned Account of Ancient and Modern *Medals,* informing the Reader, in his Epiſtle, That having begun this Work about Five Years ſince, he deſiſted from proſecuting it, upon the Publiſhing of Mr. *Walker's*